



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 52. Joannis Biarotte Ord. FF. Prædicatorum contentio cum Parisina  
Facultate Theologica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. millesimo sexcentesimo quadragesimo  
A. C. 1642. tertio, & biennio post in Belgio a Bartholomæo Nihusio, & denique ab Allatio in tractatu de consensu Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis anno hujus saeculi quadragesimo octavo, necnon a Cossartio tomo Conciliorum decimo septimo typis vulgata fuere. Porro haec Synodi Constantinopolitanæ Confessio ab omnibus Græcis, qui progressu temporis calamos suos exercuerunt, summis elogiis celebratur, cum maximi sit momenti, eo quod Ecclesiæ Græcæ fidem orthodoxam circa Eucharistia Sacramentum aperte telletur.

## §. LII.

*Joannis Biarotte Ord. FF. Prædicatorum contentio cum Parisina Facultate Theologica.*

*Argentre  
Coll. Jud.  
t. 3. p. 48.*

Invaluit apud Sorbonam sententia, qua tradebatur, Reges ob nullum omnino crimen a potestate Ecclesiastica excommunicari, ac domino spoliari posse, quoniam vero P. Joannes Biarotte Ord. FF. Prædicatorum Theologus hanc thesin: propter apostasiam per sententiam denuntiatus, atque excommunicatus dominium & jus in subditos amittere potest, publici juris fecerit, eandem juxta Regia decreta delere ab Antonio de Bredo Facul-

Facultatis Theologicæ Synodo jussus Sæc. XVII.  
est; cum autem illam in thesium sua- A.C. 1642.  
rum authografo deletam rursus eidem  
insereret, & imprimi curaret, hinc  
Syndicus die prima Mensis Julii defu-  
per questus, petiit, ut pro criminis  
gravitate Facultas severa in hunc Theo-  
logum animadverteret. Priusquam  
vero Facultas quicquam hac in re de-  
cerneret, ipsam hanc thesin maturius  
examinandam, illiusque Authorem de-  
super esse audiendum censuit. Com-  
paret igitur Biarottus, atque a Joanne  
Mulloto Decano interrogatus, cur præ-  
fatam propositionem a Syndico deletam,  
in suis thesibus reposuerit? ad hæc  
respondit Biarottus, eam non sua cul-  
pa, sed typograhi, ejusque, qui cor-  
rigendi curam susceperebat, errore fuisse  
impressam, seque de ejusdem verita-  
tis confessione testimonium proprio  
chiographo munitum Decano & Syn-  
dico jam ab aliquot diebus tradidisse,  
quo satis constaret, se hanc propositi-  
onem nolle intelligi de supremo aliquo  
Principe, aut Rege, sed duntaxat de  
aliquo Superiore, subdito potestati tem-  
porali, v. g. Prætore, vel Præfecto:  
quocirca se veniam a Facultate petere,  
paratumque esse, illius iussis obtempe-  
rare: nihilominus regessit Syndicus,  
hanc propositionem de industria, & per-

Hist. Eccles. Tom. LX. U u verso

Sæc. XVII. verso animo, non errore typographi ty-  
A. C. 1642 pis excusam fuisse, ac Biarottum, ut  
fibi viam saceret huic suæ excusationi,  
lineas & propositiones aliquas eodem  
prorsus modo deletas, nova & crassiore  
linea, novoque atramento abrasisse, in-  
tacta propositione, de qua ageretur.  
His ita expositis, ac perpenfis Facultas  
Biarottum non modo a prima Doctoratus  
laurea exclusit, sed omnino a suo con-  
fortio rejicit.

## §. LIII.

*Diversæ Urbani VIII. Papæ Con-  
stitutiones.*

*Bull. magn.* Inter varia decreta, quæ hoc anno  
*Urb. VIII.* sumimus Pontifex circa particulares  
eventus promulgaverat, universalia  
magis huc adducemus: Prohibuit igitur  
die vigesima quinta Martii, indicta  
etiam anathematis poena, ne quis e  
Bibliothecis Conventuum Ordinis FF.  
Carmelitarum Discalceatorum Congre-  
gationis Hispanicæ libros vel scripta ex-  
trahat. Cum autem quidam ex Ro-  
manis Pontificibus, imo ipsem etiam  
Urbanus Papa Cardinalibus facultatem  
liberam disponendi de vasis & orna-  
mentis Sacris concessissent, nunc ta-  
men Pontifex inde Sacrissimæ & ærario  
Pontificio detrimentum accedere ratus,

die